



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Quid præstandum in corporalis infirmitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

IN CORPORIS INFIRMITATE
quid homo pius prestabit?

Primum quidem cum morbum sentit, mentem animumq; firma fide nixum ad Deum conuertat, memorans absq; Dei siue immissione, siue permissione, nec capillum quidem capitis nostri decidere. Habeat illud persuasissimum, Deum in suos paterno esse animo, nolle mortem peccatoris, & omniam tandem, tam prospera quam aduersa, in electorum salutem cessura.

I. In infirmitate itaque Deum tanquam se visitantem & cœlestem medicum, qua vel plagę commissorum peccatorum curentur: vel à committendis præseruemur, agnoscat:

Innoc. De penit. & remis. ca. Cum infirmitas: Quocirca antequam medicinam naturalem (quam velut Dei munus insigne non contemnit) adhibeat, post exactam conscientię suę discussionem, magna puritate, humilitate, & Deo placendi desiderio, peccata confiteatur. Et cum fieri potest, animam venerabili corporis Domini sacramento sumpto refocillet & erigat, fretus firma spe pristinę valetudini diuino munere se restitutum iri, modo id ad Dei gloriam, propriamq; salutem conducat.

2. Non ferat impatienter, nec murmuret si languor prolixior excruciet. Dolorem namq;

namq; impatientia nec aufert, nec lenit: sed exasperat atque auget. Sponte itaque, quod necessarid tolerandum est, sustineat: recte existimans, nihil mali impune esse, satiusque hic quam in futuro saeculo puniri.

Id etiam secum reputet, infirmitatem quandoque veluti singulare munus filijs à Deo donari, vt probentur ipsi, eorum ue virtus in infirmitate perficiatur, & merita crescant. Sic enim ait Ecclesiasticus. *Sustine sustin-
ziones Dei, coniungere Deo & sustine, vt crescat in
nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fue-
rit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate
patientiam habe. Quoniam in igne probatur, aurū
& argentum, homines vero acceptabiles in camino
humiliationis. Non defunt in nobis, quæ ocu-
lus diuinæ maiestatis offendunt. Hæc hu-
miliationis igne excoquenda: lapides viuū
sumus ex quibus ciuitas sancta, cælestis Hie-
rusalem, templum Dei viuum construendū,
malleo feriri, quadrari, expoliri nos oportet,
sicuti beatissimi viri maiores nostri, Iob,
Tobias, Iosephus, Dauid, Apostoli Domini,
ipso sacratissima virgo Maria Dei genitrix,
ac denique sancti omnes suo vitæ exemplo
nobis commonstrauere. Hi enim Christum
sequuti per varias tribulationes, de satana,
mundo, ac carne propria triumphantes, in
vitam ac gloriam æternam ingressi sunt.*